

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

M. Vitrvii ... De architectvra libri decem

**Vitruvius
Frontinus, Sextus Iulius**

Argentorati, 1543

Cap. XVIII

[urn:nbn:de:bsz:31-128539](#)

habet foraminis proportionem, sed erit quod opus erit ad usum brachii
 \therefore . longitudo foraminum. $\sqrt{6}$ \therefore . crastitudo in radice foraminis in extre-
 mis. F. De balistis & catapultis symmetrias, quas maxime expeditas pu-
 taui, exposui. Quemadmodum autem contentionibus & temperentur,
 neruo capilloq; tortis rudentibus, quantum comprehendere scriptis po-
 tuero, non prætermittam.


DE CATAPULTARVM BALISTARVM.

que contentionibus & temperaturis.

C A P . X V I I I .

SVMVNTVR tigna ampli-
 sma longitudine, supra figuruntur
 chelonie, in quibus includuntur sucu-
 le. Per media autem spatia tignorum
 infecantur & exciduntur formæ, in
 quibus excisionibus includuntur capi-
 tula catapultarum, cuneisq; distin-
 tur, ne in contentionibus moucantur.
 Tum uero medioli ærei in ea capitula
 includuntur, & in eos cuneoli fer-
 rei, quos επιστολας Græci uocat,
 collocantur. Deinde ansæ rudentum
 induntur per foramina capitulorum,
 & in alteram partem traiiciuntur:
 deinde in succulas coniunctionur, inuol-
 uunturq; uectibus, uti per eas extenti
 rudentes, cum manibus sunt tacti, & qualiter in utroq; sonitus habeant re-
 sponsum. Tunc autem cuneis ad foramina concluduntur, ut non possem se
 remittere. Ita traiecti in alteram partem, eadem ratione, uectibus per suc-
 culas extenduntur, donec equaliter sonent. Ita cuneorum conclusionibus
 ad sonitum musicis auditionibus catapultæ temperantur.

Balistis saxa, catapultis & scorpionibus sagittæ iacebâ-
 tur, ut ex authoris scriptis uidere licet. Balistæ autem diuersi
 sis machinis tendebantur, & uarijs rationibus efficiebantur.
 Quarum hanc unā, quæ hic graphice descripta est, ex pluri-
 bus minus.



bus minus corruptam selegi, uti ex ea, si quis fructus habet
potest, non morentur studiosi carentia schematis.

DE OPPUGNATORIIS DEFENSORIIS QVB
rebus, & primum de arietis inuentione, eiusq;
machina. CAP. XIX.

DE his rebus que potui dixi, restat mihi de oppugnatoriis rebus,
quemadmodum machinationibus, & duces victores, & ciuitates
defensae esse possint. Primum ad opugnationes aries sic inuentus memo-
ratur esse. Carthaginenses ad Gades oppugnandas castra posuerūt: cum
autem Castellum ante coepissent, id demoliri sunt conq;. postea quam non
habuerunt ad demolitionem ferramenta, sumpserunt tignum, idq; mani-
bus sustinentes, capiteque eius summum murum continenter pulsantes,
summos lapidum ordines deiiciebant, & ita gradatim ex ordine totam
communicationem dissipauerunt. Postea quidam faber Tyrius, nomine Pee Pehasme-
phasmenos, hac ratione & inuentione inductus, malo statuto ex eo, alterius faber.
rum transuersum uti trutinam suspendit: & reducendo & impellendo
vehementibus plagiis deiecit Gaditanorum murum. Cetras autem Calcedo-
nius de materia primum basim subiectis rotis fecit, supraq; compegit ari-
rectariis & iugis uaras: & in his suspendit arietem, corijsq; bubulis tea-
xit, uti tutiores essent qui in ea machinatione ad pulsandum murum essent
collocati. Id autem, quod tardos conatus habuerat, testudinem arietariam Testudo
appellare coepit. His tunc primis gradibus positis ad id genus machinatio arietaria.
nis, postea cum Philippus Amynta filius Byzantium oppugnaret, Polydus
Thessalus pluribus generibus & facilitioribus explicauit, à quo receperunt
doctrinam Diades & Chereas, qui cum Alexandro militauerunt. Itaq;
Diades scriptis suis ostendit se inuenisse turrem ambulatorias, quas etiam Turres
dissolutas in exercitu circumferre solebat: præterea terebram, & ascensum ambulato-
rem machinam, qua ad murum plano pede transitus esse posset, & rite.
etiam corium demolitorem, quem nonnulli gruem appellant. Non minus
uitebatur ariete subrotato cuius rationes scriptas reliquit. Turrem autem
minimam ait oportere fieri ne minus altam cubitorum. lx, latitudinem
xvij. Contracturam autem si. n. m. im. partis quintam. Arrectaria
in turre imo dodrantalia, in summo semipedalia. Fieri autem ait oportea-
re cam turrem tabulatorum decem, singulis partibus in ea fenestratis. Ma-

II 3 ioren